



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resvrrrectionem D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

Serenissimo Et Reverendissimo Principi Ac Domino, D. Ferdinando,
Archiepiscopatus Coloniensis, & Præposituræ Bergtesgadensis Coadiutori,
& Administratori, Comiti Palatino Rheni, vtriusque Bauariæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)

SERENISSI-
MO ET REVEREN-
DISSIMO PRINCIPI AC
Domino, D. FERDINANDO, Ar-
chiepiscopatus Colonienfis, & Præ-
posituræ Bergtesgadenfis Coadi-
tori, & Administratori, Comiti Pa-
latino Rheni, vtriusque Bauariæ
Duci, &c. Domino suo clemen-
tissimo Henricus Put-
zius, Societatis
Iesu.

S. P. D.

DIAS pij animi, de
Christo patiente, ex-
ercitationes, pius
vtiq; è Societate no-
stra Sacerdos, R. P.
Bruno, Italis suis conscripsit. Eas
Latinè loquentes reddidit germa-
nus meus Matthias Putzius, Felici-
ter, an secus nullus iudico. Luce do-
nare easdem cum cogitaret; operi
sacro sacrum quærebat Patronum,
cuius præsidio viueret, S. V. multis
† 2 de

EPISTOLA DEDICAT.

de causis sibi delegit. Priuatis hæ ac-
cessere; tum, quod libello pio, Anti-
stes gentilitia, patriaque Bauaricæ
stirpis pietate nobilis, adsciscendus
omnino videretur; tum quod S. V.
his, & id genus commentationibus
delectari intelligeret. At etenim
huic animi decreto intercessit Tri-
bunus, nimium quantum violentus,
MORS, non improuisa, sed, heu, im-
matura. Succedendum ergo mihi
fuit in labores, mei & sanguinis, &
religionis communionem fratris, nõ
tam hæreditario iure, quam Supe-
riorum meorum voluntate; & in lu-
cem producendus partus posthu-
mus. Eum ecce nunc profero, & S. V.
fidei tutelæque; committo. Facti hu-
ius causæ mihi multæ, hæ principes;
quod frater meus ita decreuit; quod
Superiores nostri ita probârunt.
Vale Ser. Princeps, Coloniae Col-
legio Societatis Iesu.

P R O O E